

Vir magnifice, nobilissime et ita
 Quum bajulus harum literarum se
 ad vos proficiscitur, ut sine literis
 ipsius preces fiverunt. Hanc enim
 censeo, ut nullam commodam occasionem
 vantiam erga Te meam atq. a stima
 quum idco in Belgium proficisceretur
 Summioribus tum sanctionibus imprimi
 unice cupiebat Magnifica Te innotat
 istarum literarum antichitum celestis
 commendatione recte ad Tm Mm.
 ut, nolui ipsi nstragari vel propria
 amor ipsius eo me impulit vehementer
 nitatem et bonitatem, modestiam,
 dona, quae in ipse divina contulit
 ob amorem erga sacras literas, quodq.
 factus facientes propmodum factus
 eum diligi à M. T.^a Quod quidem
 talis sit, qualim descripsi. Quod si
 nihilominus mea causa eum diligi
 tuarq. eruditionis ope ii evadat, qui
 mereatur. Breviter, ut juveris
 etiam atq. etiam rogo. Vale
 perenna. Dabam Cal. Septemb.

Tua M

Vir magnifice, nobilissime & clarissime...

Quum bajulus harum litterarum Johannes Heilerfieg Westphalus à nobis ad vos proficiscitur, ut sine literis meis abiret neq. officium meum, neque ipsius preces siverunt. Hanc enim mihi à Tua Humanitate legem imposita, censeo, ut nullam commodam occasionem praetermittam testificandi observantiam erga Te meam atq. estimationem benevolentia. Tua. Ille verum idcirco in Belgium proficisceretur, ut si ita se res dedisset, literis tum humanioribus tum sanctioribus imprimis in vestra Academia operam daret, unice cupiebat Magnifica Te innotescere, quem noverat atq. admirabatur istarum litterarum antichitum celeberrimum. Putabat autem se mea commendatione recte ad Tm Mm deducum iri. Quod quum illi ita judicasset, nolui ipsi inragari vel propria estimationis causa. Quamvis enim amor ipsius eò me impulit vehementer. Anno enim ipsum ob inge. amantem et bonitatem, modestiam, diligentiam, pietatem, aliq. egregia dona, quae in ipsam divina contulit miseratio. Anno autem vel maxime ob amorem erga sacras litteras, quodq. ad felicius in sacra philologia profectus faciendos propemodum factus videtur. Vehementer igitur cupio eum diligi à M. T. Quod quidem Te facturum certum habeo, si talis sit, qualim descripsi. Quod si tamen quid illi desit, cur ametur, nihilominus mea causa eum diligi desidero, ut Tuarum virtutum tuarq. eruditionis ope ii evadat, qui diligi abs Te et bonis omnibus mereatur. Breviter, ut juvenis iste me abs Te amari intelligat, etiam atq. etiam rogo. Vale, Vir Magnifice, & bono publico perenna. Dabam Cal. Septemb. a. 1632.

Tua Ma.

observantiss.

Johannes Cocq.

et in alijs scriptis
eiusdem capituli

¶ Hic loci multi
sunt videri
et sentiri

¶ et vel
longiorum

scripsit

Magnifico, nobilissimo & clarissimo
Viro dno Damiens Henrico Equiti
S. Marci, Senensi, Suetorum, Regis
Consiliario, literarum antiquissimum
no, eloquio suo et sancto cetero
viro.